Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quantū est quod scientiam suam donauit hominibus
dē! & racionabile esse animal fecit inter ceteris! & ineffabi
lis paradisi abuti uoluptate. ac decore concessit! Quemq;
serpentis arte deceptum. & in peccatū lapsum ac per
peccatum in mortem quoq; deuolutum nec quaquam
despexit. sed legem in adiutorīū dedit. Preffecit angelos
destinatū prophetas! conatus malicie. cōminationum
seueritate compescuit adbonos desideria munificentis
simis repromissionibus prouocauit. & finem utriusq;
uie in multis imaginibus presignauit. Verum cum post
hec omnia in malis nostris incredulitatibus durarem!
non est auersa nec dereliquit nos pii domini bonitas.!
neq; cum beneficiis eius essem ingratus! auertere potui
mus. & excludere misericordiā eius a nobis. sed reuocam
a morte. & iterum uiuificam p dominum nostrum ihm
xpm. qui cum in forma dei esset non rapinā arbitrat
est ee se equalem deo. sed semetipsum exinaniuit formā
serui accipiens. Infirmitates nostras accepit egritudi
nes nostras ipse portauit! & pro nobis uulneratus est!
ut tuore illius sanaremur! ut maledicto nos redimeret
factus est pro nobis maledictum! & morte turpissima con
dempnatus est ut nos reuocaret ad uitam. Nec sufficit nos
uiuificare mortuos. sed & diuinitatis sue participium
tribuit. & munus eternitatis indulget! & supra omne
quod uel expedire. uel intelligere possumus credentib;
uel diligentibus se preparat. quod oculus non uidit.
nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. Quid